



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 27. De libris damnatis mandato speciali D. Papae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

ponus in summa, par. 4. tit. 11. ca. 7. §. 5. & Turre.

crematis in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. c. 37.

Alexandrum III. per quādam extraugantem in

cipien. Quidam scriptura lacrae. damnasse quēdam

libellum Gulielmi, de sancto amore, inscriptum. De

periculis nouissimorum temporum. quem ille edi-

derat contra statum religiosorum. Mendicantium.

item alios quosdam libellos detractione & errorib.

plenos, editos a magistris quibusdam Parisiensibus

contra eosdem ordines Medicantes: quos damnavit

idem dominus Alexander III. per extraug. inci-

pien. Ex alto fuisse conspicimus. & per aliam ex

traug. incip. Cum olim ac Beatus etiam Thomas

vt præcitat loco refert S. Antonius eos errores,

editis contra ipsos libris, efficaciter confutavit.

D Consuetudini puritatis, &c.] Solus Barcinon-

nensis impressus habet hanc Gregorij bullam hoc lo-

co insertam, in Bononiensi autem & Sabellano re-

peritur in fine secundæ partis, est autem hæc bullæ

anni sexti, ut appareat ex Data.

Sed obseruandum hoc est, ante condemnationem

librorum Raymundi Lulli factam per hanc extraug-

antem pontificatus domini Gregorij anno sexto

alia præcessisse velut præparatoria ad condemnatio-

nem faciendam, ut appareat ex Regesto domini Gre-

gorij XI. quod in Vaticana bibliotheca Roma serua-

tur. Nam in 2. volumine Regesti anni II. fol. 13. l.

littera Gregorij Papæ XI. extat ad Archiepiscopū

Tarragon. incipien. Nuper dilecto filio, quibus præ-

cipitur prædictio Archiepiscopo, ut sibi faciat exhibi-

teri libros Raymundi Lulli, in quibus quamplurimi

errores dicebantur contineret, ut eos comburat & co-

buri faciat, si premissa cognitione ita esse repaterat. Da-

ta autem fuerunt huiusmodi littera apud pontem

Sorgie Aunionen. dieces. nonis Iunij, Pontificatus

Gregorij XI. anno II.

Item in 2. volumine Regesti anni IIII. fo. 201.

referuntur alia littera eiusdem domini Gregorij in

cipien. Ad audiencem. quibus præcipitur officiali-

bus Episcopi Barcinonae. vt diligenter transmittat

ad dominum Papam, librum quendam Raymundi

Lulli in pergamenis, & in vulgari Catalono scri-

ptum, in quo similiter plurimi errores scripti perbi-

bebantur. Data vero fuerunt ha littera apud Villa

nonam Aunionen. dieces. tertio Calend. Octobris,

Pontificatus domini Gregorij XI. anno IIII.

Q V A E S T I O XXVII.

De libris damnatis de mandato spe- ciali domini Papæ.

Vigesima septima quæstio est: Libri
hereticales, & erronei de mandato
speciali domini Papæ, extra curia
auctoritate apostolica condemnati,
qui sunt?

Ad hanc respondemus, qd tēpore domini Gre-
gorij Papæ XI. dominus Petrus Archiepiscopus
Tarragon. & frater Nicolaus Eymerici de ordi-
ne Prædicatorum, Inquisitor Aragoniae, ut vere
hereticales & erroneos, quendam libellum de

A demonū invocatione, qui incipit: Misericordia
& veritas, & quendam alius, qui incipit: Vtrum
quilibet infidelis tam diuinis, quam Apostolicis
canonibus teneatur obedire, & quendam alia opa
scula, ut omnia hereticalia & erronea, edita per
quendam Raymundum Neophyti, sententia
liter condemnarunt, propter heresies & erros
in eis contentos, qui recitantur supra q. 10.

C O M M E N T . L I I . 52

D E mandato speciali domini Papa conde-
nati, &c.] Hic videtur indicari nō portus
Episcopum & Inquisitorē condemnare hos libros
nisi mandatum habuissent speciale à sede Apo-
stolica quod videtur dubium; cum enim in hac re
in ceteris ad fidem speciālibus non mediocris sit
iurisdictio, ergo vt res hæc & cogniti est digni-
tatis, et valde ciuitate necessaria radicitus intelligatur
breuiter m̄bi hoc loco est dicendum, quanta sit indi-
cum ecclesiasticorum in hac re iurisdictio.

A Et primum quidem Episcopi & Inquisitorē dā-
nare possunt & prohibere in suis diaecesis libros
omnes, qui continent dogmata expresse condemnata
per Ecclesiam tamē ab auctōribus nominatis nō
condemnatis compositi sint, et ratio in promptu est:
C quoniam quæ semel damnata sunt, absque noua con-
demnatione prohibentur, ne nouis semper dispu-
tationibus, que salubriter sunt semel sancta, perser-
ventur, & in dubium renouentur, vt dixit Gelasius
in epistola ad Episcopos Dardaniæ, quem retulit su-
pra par. 1. super l. nemo clericus, C. de summa Trin-
it. ver. nam & iniuriam facit.

Rursum Episcopi et Inquisidores prohibere etiam
possunt in suis diaecesis libros de heresi suspectos
ob quæcumque heresi suspicionem, tamē si in
catholicis auctōribus editi: cum enim possint proce-
dere aduersus quosvis homines saltē ad inquietu-
dinem, etiam ob leues probabiles tamē heresies suspi-
ciones, vt volunt auctōr Repertorij verbo, suspectas.
§. item nota. & Matthaus Afflictus in consili. p-
constabilem, & Carrerius tract. de heret. nn. 116. et
alijs, quos resili. infra in hac 2. parte super q. 56. pro-
fetto multo magis poterū agere in libros suspectos
eosque prohibere, qui continent propositiones sus-
pectas; quia libri fortiores, neruos habent ad nocēdā
quæ homines; cum qui eos legūt firmius eis inflāt,
quam qui homines loquentes audiunt. Item quia vi-
ue hereticorum voces vix unam ciuitatem reple-
re possunt, libri autem cum facile hinc & inde tran-
sueantur, non modo unam ciuitatem, sed & regna
& provincias inficiunt, sunt enim velut perpetuū quā-
dam fontes heresum virüs copiose emittentes.

E Ad hanc Inquisidores & Episcopi absque manda-
to speciali summi Pontificis ex propria iurisdictio
ne possunt prohibere libros non modo suspectas con-
tinentes propositiones, vt proxime dixi; verum etiā
scandalosas, periculosas, erroneas, hereticis sapientes,
& Christiane pieratis, ac bonis moribus non cōformes;
quod canit paulus Papa tertius rescripto quodam
incipiente, In Apostolici culminis, quod in fine
huius operis in bullario litterarum Apostolicarum
cura-

extrahimus imprimentum. Si enim i[n]quisidores inquirere possunt, & compescere, ac coercere eos, qui prædictas propositiones a[us]i fuerint predicare, sanè multo magis prohibere poterunt libros ista continentes, qui non semel aut iterum, sed semper de die de nocteque prædicant, & auribus lectorum iteratis ruribus talia dogmata inculcant.

Inter hos libros facile reperi possunt multi ex i[n]lis, qui de Astrologia iudicaria tractat[ur] de Chirromantia, & alijs diuinandi modis, in quibus multa passim sunt temeraria, incerta, a religione & Christiana pietate aliena, nimium a[us]i tribuentia, & libero hominis arbitrio plurimum derahentia: hi enim aut prouersus prohiberi, aut non nisi quam emendati simili permitti deberent in commercium hominum venire; quo nomine iam B. Clemens, lib. 2. c. 66. constitutionum. A postolicarum cauendos penitus & viris Christianis iubebat superstitiones Gracos.

Huc etiam referri possunt multi ex poetis tam antiquis quam recentioribus, qui multa docent obscurana, & bonis morib[us] aduersa, quos propterea iam alius Maximus Plato in sua reprob. vivere non patiebatur: sunt enim tales iuuentutis corruptores, & cū parasit[us], & lenonibus merito coercendi, quorum ars cō tandem evasit, ut nihil ferme scribant nisi quod ad lasciviam, & turpem amorem pertinet. Hos ergo si iam editi sint, prohibere poterunt Episcopi, & Inquisitores in suis diaecesis, quod si non sint editi, eos imprimi non permittant: quonia talium librorum lectio multorum peccatorum causa esse solet.

Iam quod dixi de libris suspectis, aut erroreas propositiones continentibus, idem dictum uellem de libris habentibus anticipites, dubias, seu ambiguas propositiones, que duplum sensum habere possunt: hereticum unum, alterum catholicum, de quib[us] Albericus tract. de agnosc. affer. q. 34. vnu. 50. hic enim tandem prohiberi poterint ab i[n]quisitoribus, quamvis non fuerint illae anticipites propositiones de claritate in sensu catholicis; in quo etiam diligenter est animaduertendum in libris imprimentis, ne tales propositiones contineant.

Sed neque illos libros uel tractatus, aut imprimiti, aut publicari, & vendi in suis diaecesis, permittent, in quibus propositiones, disputationes, aut cotrouer-sia continentur, & difficiuntur contra communem theologorum sententiam, aut receptum, & usitatum sententiæ morem, in his præsertim rebus, que ad theologiam, fidem, mores, sacramenta, potestatem prælatorum, & ministrorum Ecclesiæ sp[eci]aliter: tametsi enim quedam sint dogmata, & propositiones, que summo ure, & subtilitate defendi possunt, tamen tam est ab his absinere: nam inuare aut professe non possunt, obesse vero interdum plurimum solent. An nec permittendum quidem esset, ut similia libere incolis legerentur, et inuenibus proponeretur, quorum ingenia saepe amplecti magis solent, que magis communis via recedunt.

Idem prorsus iudicij est de libris, & tractatibus, quorundam inuertibus, & infrugiferis, aut qui de rebus leuius, vel ridiculis tractant: hos enim inde, non deberent Episcopi permittere, ut in suis diaecesis imprimeretur, aut distribuerentur. in his ta-

men omnibus prudentia, & iudicio opus est.

Deniq[ue] ex quibuscumq[ue] causis i[n]quisidores procedere possunt contra homines, quia nocere sua doctrina possunt, ex eisdem poterunt etiam in libros inquirere ex data sibi potestate, & iurisdictione animaduertendi in hereticos.

Quod si in libris tales reperiuntur propositiones, quibus nondum constet an fidei repugnant, nec nesciunt etiam si auctores publicare suos libros vellent prohiberi poterunt per i[n]quisidores, & libri suspendi donec superioris iudices decernant re cognita, quid factio opus sit argumenta c. Inquisitores de her. lib. 6. Quibus a nobis assertis plurimum suffragatur id quod in indice librorum prohibitorum, in fine Reg. x. his verbis exprimitur: Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalib[us], secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur prohibere, si hoc in suis regnis, aut prouincijs, vel diaecesis expedit re iudicauerunt, hactenus ibi.

b. Edita per quandam Raymundum Neophy- tum. Hic Raymundus, sicut constat ex Regesto domini Gregorij XI. loco quem mox adducemus, dicebatur Raymundus de Tarraga, qui cum prius esset Hebreus, conuersus ad fidem Christi, factus est monachus ordinis Prædicatorum: ceterum ut res ipsa demonstravit, non mutauit mores, et si religionem mutauerit. Vixit autem hic Raymundus circa tempora Gregorij XI. ad an. Domini MCCCLXXII. extantque in unico volumine Regesti anni primi Gregorij XI. fo. 225. littera Papa Gregorij ad Archiepiscopum Tarragonensem, & Nicolai Eymericum i[n]quisitorem in Regno Aragonum, quib[us] precepitur, ut inquirant, & procedant contra Raymundum de Tarraga, ordinis fratribus Prædicatorum, scilicet quosdam hereticales errores, & eum puniant. Rursus in secundo volumine Regesti anni secundi, fol. 191. rescriptum quoque habetur eiusdem Domini Gregorij XI. incipien. Quidam ad audientiam per quod committitur Archiepiscopo Tarragonen. & Nicolao Eymerico i[n]quisitori, ut omnes libros huius Raymundi sibi faciant exhiberi, atque comburi, iam hec Raymundi opuscula, quot & quales errores continerent, docet idem Eymericus supra in hac 2. par. q. 10. nu. 3.

E illud vero obseruandum est diligenter, quod auctor docet in hac questione, videlicet, libellu[m] de Do- monum inuocatione editum fuisse per hunc Raymunda Neophytyum, in quo plane decepti mibi videntur Bernardus Lutzenburgus in catalogo hereticorum, lib. 3. verbo, Raimundus Lulli: et Prætolus, 16. c. 2. de vitiis, & scitis hereticorum, afferentes libellum de Damonum inuocatione editum fuisse a Raymundo Lulli. & sanè suspicor hos auctores fuisse allucinatos ex nominis similitudine.

Tostremo, Raymundus hic de Tarraga dictus est Neophytus quasi noua planta seu germin. Dicuntur illi Neophyti, qui non nascuntur ex origina iuvs Christianis, sed ad fidem catholicam convertuntur, de quibus Beatus Gregorius, lib. 4. Regesti, epistola 5. 1. sive c. 95. & lib. 7. epist. 110. & Gratianus, in c. sicut Neophytus. 48. dist.